

Andreas Hoierus    Ulrich Schreck

## **Disputatio Metaphysica, De Causa Et Causato**

Rostochii: Kilius, 1649

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn73021933X>

Druck    Freier  Zugang



Ru phil 1649

Andreas Kerner

Ulrich Schwick





DISPUTATIO METAPHYSICA,  
DE

# CAUSA ET CAUSATO

*Quam*

D. O. M. A.

*Consensu Amplissima Facultatis Philosophicae,  
In Inclyta ad Varnum Academia,*

*SUB PRÆSIDIO*

M. ANDREÆ HOIERI, Cimbri,

publicè tuebitur.

ULRICUS SCHRECCIUS, Gadebu-  
scensis Megapolitanus.

*Habebitur in Auditorio Majori die 26. Sept.*

Anno ÆRÆ CHRISTIANÆ  
c19 lxx XLIX.

✽(o)✽



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Acad. Typogr.





**N**on est temerè, quod de Sapientiæ origine memoras Philosophorum Homerus; Quid enim aliud Thaumantis nomine indigicari putabis, quàm τὸ θαυμάζον? cum ipsum in Theteto suo hanc interpretationem haud obscure approbare appareat: Verba ejus hæc sunt: μάλα γὰρ φιλοσόφῃ τῆστο τὸ πῶν ὁ τὸ θαυμάζον, ἕξδ' ἀλλή ἀρχὴ τῆς φιλοσοφίας, ἡ αὐτῆ. Adde, quod in hanc etiam sententiam ipse Philosophorum Coryphæus concedat, dum 2. Metaph. c. 2. ita insit: Ἀλλ' τὸ θαυμάζον οἱ ἀνθρώπων καὶ νῦν, καὶ πρῶτον ἤρξαντο φιλοσοφεῖν· θαυμασία igitur ille Thaumans est, cui Philosophica nostra Iris ortū suū in acceptis refert: cum enim adverterent φιλομαθεῖς, in natura effecta innumera, impulit eos admiratio, ut in horum causas inquirerent, inquisitas tuerentur. Id verò, nec aliud πρῶτως quidem ἔχουτως Philosophia nomine venire communis Eruditorum est sententia. Philosophia igitur Thaumantea virgo est, quam cum nostrum pleriq. ambiamus, abstractam quandam ἔχουτως communem causarum præ cæteris cognitionem comparemus necessum est, nisi cum iis, qui ad Circem sine herba moly accedebant, frustra esse gestiamus. Eorum enim naturam in rebus indagare, quorum rationem in abstracto perspectam non habemus, mera certè dementia est. Quod dum nobiscum altiùs repeteremus, in illustri hoc Roseto de causarum natura aliquid pro ingenii modulo afferre placuit; quod ut feliciter cedat, Deum opt. max. supplices rogamus.

I.



Quod Romanorum sapientissimus de stultitia pronunciat, eam hoc habere proprium, quod semper incipiat vivere; id de multorum s. αὐθαδεῖα sive ὀλιγομαθεῖα non immeritò dixerimus, ejus hanc esse affectionem, quod semper incipiat sapere. Exemplo sunt novi superioris seculi Philosophi, qui postquam soli, ut sibi quidem videntur, Palladis arcem conscenderunt,

A 2 nil

— *nil rectum, nisi quod placuit sibi, ducunt.*

Quod suum ingenium ut in aliis multis, ita etiam in *causarum doctrina*, satis superq; produnt. Cum enim ea ab Aristotelis usq; tempore à sanioribus omnibus in Metaphysicæ civitatem relata sit; *hi eam* in exilium ad *Dialecticos* miserunt, non revocandam, ut opinamur, nisi prius Senatus-Consulto factò. *Hic* fortassis addamus licet, qui in *Physicam scientiam* *causarum contemplationem in communi inferens*, autoritate procul dubio Præceptorum suorum moti *αὶ τὸ ἀπροσάφες καὶ τὸ ἔρη συμμοίσιον, ὡς καὶ εἰώθετο, ἕτως ἐξῆμεν λέγεσθαι*. Nobis, qui cum *Philosopho* sacram potius veritatem veneramus, neutra opinio firmò talò stare videtur, quod ad tritissimas illas, longòq; Philosophorum usu comprobatas *objecti disciplinaris* notas exacta, utraq; collabascat. Ad *Metaphysicæ* ditionem disputationis nostræ thema cum *Philosopho ejusq; ac curationibus interpretibus* amandatum cupimus. Ejus enim ordinis est, ut non modò de ente prædicetur; verùm etiam cum respectu ad illud doceatur, &c.

II.

Adstruà sede *cause disciplinari*, ad ipsam tractationem provehimur; quæ cum duplex sit, alia *ὀνομαθώδης* seu *nominis*, alia *ὑσιώδης* seu *rei*; nisi laternam à tergo gestare velimus, *buio* primum locum defendendum, præter *Autorem à Thrasybulum*, universa ferè *Eruditorum* schola tradir.

III.

Neq; tamen cur in originatione, quam *Cl. Becmannus* in orig. *ca. viffam*, alii *eautam* arbitrantur investiganda immoremur, operæ pretium est. Quin potius, ne in ambiguo versetur oratio, *multiplicem nominis potestatem* in medium producemus. Ita enim fiet, ut quæ in præfenti discursu usui fuit, faciliùs ac feliciùs seligamus.

IV.

Sumitur igitur vox *causa*, ut communiter docent Authores, tripliciter, 1. *Præfissis* pro sola efficiente, quò sensu usurpatur ap. *Senec.* lib. 8. Epist. 66. 2. *latius*, quomodo cum principio convertitur: ita *Patres Græca Ecclesia* *αὐτίας* nomen intellexisse è *Thoma* docent *Conimbric.* in 1. *Phys.* Arist. c. v. q. 1. 3. *mediò quòdam modo*: quæ ultima acceptio hujus loci genuina est.

V.

Causa alia est *privativa*, alia verò *positiva*: quarum utriq; quæ sit  
substra-

Substrata notio, neminem latere potest, nisi qui, quid ens *privativum* & *positivum* fiat, ignorat.

VI.

Causa distinguitur in eam, quæ *per se* est, & quæ *per accidens*. Quam distinctionem quamvis Cl. Scheiblerus l. I. Met. c. XXII t. VIII. ad *solum efficientem* alliget; nos tamen cum Aristotele 2. Phys. c. 3. & 11. Metaph. c. eam causæ in communi attribueri non veremur; cum ex 4. causarum generibus nullum sit, in quo non inveniat locum, ut ex exemplis à Pl. Rever. Dn. Jac. Mars. in partitionibus Metaphysicis adductis illucescit. Quid autem sit causa *per accidens* ex Aristotele & Armado de B. V. superiori anno in Havn. Acad. in *dispp. Metaph. 9. th. 2.* uberius diduximus. *Causa per se* ex subseqq. innotescet. Quantum hæc distinctio præster usum, alibi tradidimus.

VII.

Ad homonymiam, referimus causæ distinctionem in eam, quæ *ab actu*, & quæ *à potentia* denominatur. Est verò *illa*, quæ actu in effectum non influit, potentiam tamen influendi habet: hæc contra, quæ actu & revera effectui suam essentiam largitur.

VIII.

Neq; hic prætereundum est, causarum aliam esse *veram*, aliam *sine qua non*: prioris descriptio habetur §. 9: hanc verò appellamus, sine qua effectus esse vel fieri nequit; licet ad eam constituendum non influat: ita v. g. remotio; valvarum est causa sine qua non illuminatur musæum, nisi enim illæ amoveantur, solares radii in istud miti nequeunt. Unde coincidit cum causa *per accidens* vatione effectus primò locò ab Armado de B. V. posita.

IX.

Ad rem ipsam provehimur: ubi se statim circa definitionem, magna quædam varietas, & sententiarum q. collisio ac pugna inter doctos offert. Galenus teste Philos. Altorpb. disp 4. Cl. Picc. th. 4. ita causam definit, ut dicat eam *suapte naturâ ei, quod fit, partem aliquam generationis conferre*. Quod si esse faciamus, id certè consequetur, omnia, sive facta sint, sive fiant, generationi essentiam suam debere, quod *ἀποτυπῶν*. Quomodo en. salvâ hac definitione, sacra pagina? Deum Opr. Max. universi Authorem nuncuparet, cum illud non generatum, sed ex nihilo productum doceat?

*Plutarchus* de plac. Ph. ex veterum decretis *causam* adferit esse per quam aliquid contingit; Quod non minus vitiosum est. Ut enim nihil dicamus de voce contingit; parū attendit, particulam *per*, characteristicam formæ haberi, si in foro Philosophico examinetur; si verò in ampla significatione eandem intellectam velit, multò plures causæ numerandæ erunt, nimirum tempus, locus, motus &c. sine quibus, ut pulchrè tradit *Seneca lib. 8. ep 66*, nullus fit effectus. Idem sermè reponere licet *Interpp.* nonnullis, qui ex *Arist. 2. Phys. c. 7.* causæ nomine insigniunt id quod reddimus, cum propter quid res quæq; ita sese habeat, inquiritur. Aut enim *ly* propter finalis tantummodo causæ habitudinem denotabit; aut ob suam latitudinem ipsa etiam principia includet.

Apud *Angelicum D. 2. Phys. lect. 10.* hæc extat definitio: *Causa est, ad quam sequitur esse alterius.* In qua defendenda miris *ἀνευλογίας*, se circumfundunt *Thomistarum* pleriq; Vid. *Bonav. in lib. 2. dist. 20. Tolet 2. Phys. c. 7. Coll. compl. disp. Phys. 7. q. 1. Conimbrie, 2. Phys. c. 7. q. 2. a. 2 & 3.* Verùm si res ex veritate pendatur, aut vox in propria significatione accipienda, aut *Impropriè*, de speciali consecutione, seu sequela Physica, quæ est per veram dependentiam ab alio: si illud dicatur, rectè obvertunt *Rub. &* alii, etiam privationem esse causam generationis; punctum lineæ; auroram dici &c. Quæ merito inter *ἀδόξα* reponuntur. Si hoc assumatur, repetimus regulam Logicam ipsorum etiam calculò approbatam, quæ docetur, *ne definitio sit obscurior quàm pars est, sed quantum fieri potest, constet verbis propriis, perspicuis & usitatis.* P. *Fonseca* *Metaph. c. 7. q. 1. l. 3.* causæ definitionem h. m. format: *Causa est id, à quo aliquid per se dependet.* Quæ quamvis tolerari fortasse posset; non tamen omnem adimit scrupulum; cum etiam effectus per se dependeat ab aliquibus conditionibus, quæ tamen non merentur eorum causæ nominari, ut rectè notavit *Roder. de Ariaga* *phys 7. C. 1. Nova philosophorum natio* (si illam quoq; addicere licet) causam dicit esse, *quæ definiti nequit.* Quod si pro definitione venditent (ut adferit *Cl. Piccardus*) rectiùs puto eos facturos fuisse, si interea cucurbitas pinxissent. Essent plures quæ sub limam revocari possent sed nolumus lectorem tædiosâ opinionū commemoratione fatigare, quam veriozem judicamus definitionem, illis certamini reservatis, apponemus. Tradidit autem hanc ante nos *R. P. Fr. Suarez* *disp. Met. XII. C. 2. n. IV.* dum ita inquit: *Causa est principium per se influens esse*

*in aliud.* A qua non abluat illa *Rub. & aliorum* è *Scoti* schola, eam principium per se influens in effectum describentium.

Generis vices sustinet vox principii. Quamvis enim *Aristot.* 1. de gener. c. 7, eam strictius usurpare videatur, quam ut hoc conuenis prestare nobis possit; nihil tamen id nostræ sententiæ derogat, cum ex textûs coherencia liquidum sit, sermonem ipsi esse de principio non γενικῶς & in communi; sed ἐδικῶς de certis ac determinatis principiis, de quibus nempe paulò antè dixerat, αἱ δεχθαι εἶναι μικρὰ, τῇ δυνάμει μερόλαι εἶναι. Quapropter etiam *d. Metaph.* c. X. ubi ex professò de principiis agit, multò latius vocis notionem extendit. Unde & hinc Philosophi communiter docent, principium esse id, à quo aliquid quovis modò procedit, sumtò verbò procedere non strictè pro vera origine; sed pro quacumq; connexionè; ut patet ex particula quovis modò, quam propterea adjectam censet *Suarez* d. 1.

*Ly influens esse non est explicandum pressè de influxu, qui specialitèr efficienti, aut formali causæ adscribitur, sed generalitèr, quatenus æquipollet verbo dandi seu communicandi essentiam alteri. Quæ restrictio addenda erit principio, ne privatio, quæ lib. 1. περὶ ἀκρ. principium salutatur causis annumeretur.*

Adjecimus in definitione phrasin per se, ut ostendamus causas per accidens & sine, quibus non in causarum numero non habendas. Ultima definitionis verba sunt in aliud, addita, ut pateat effectum diversum quid esse à suâ causâ: Quamquam enim *Hurtadus* & *Arriaga* τὸ aliud dupliciter considerari posse adferant: nimirum vel in natura, vel in supposito; nihilò tamen fecis, quia vocabula valent ut nummi, vetustam τῷ aliis significationem, quæ ex communi usu diversam naturam indicat, retinemus.

### X.

Hinc itaq; facillè patet, quod alii prolixè deducunt, in quo nempe causa in actu formalitèr & proximè in esse causæ constituitur: cum enim ejus differentiam ab influxu desumerimus, huic non injuriâ causationis seu causalitatis (ut cum *DD. Scholasticis*, licet barbarè, loquamur) nomen offeremus: ita tamen ut ad causarum varietatem explicetur. Quò etiam refertur, quod disquiri solet, sitne ista denominatio ab effectu

*Si causa q̄ desumta, vel modus ab utroq̄ distinctus, an verò aliquid in utroq̄  
vel alterutro? mediū enim eam inter causæ entitatem & relationem esse  
concedatur oportet: cum non modò ex rei natura à causæ relatione  
discriminetur; verùm etiam eā prior sit.*

XI.

Hic non videtur sicco pede prætereundum, quod apud *Mendozam* disp. 8. §. 18 legimus, Neotericos quosdam arbitratos, *causam in actu duo importare, in reo ipsam entitatem*; deinde verò etiam *actionem possibilem, cuius alium esse casum docent*. Quia enim, ajunt, causa secunda ita actuali infert actionem, per quam causam formaliter constituatur, necesse est, ipsam in actu primò actionem sub causa actu primò contineri. Qui contrarium tenent DD. actum primum in duplici esse differentia docent, *Logicum* alium, & aliū *Physicum*: qui in eo differunt, quod ille nō sit productivus: hic verò productivus sit actus secundi physici: ille etiam ipsi effectui ut tali formaliter competit: huic verò hæc proprietas denegatur. Quod si jam hi duo actus confundantur, fallaciam fieri manifestum est.

XII.

Sed mittamus hæc: nam & hoc addendum censemus, *respiciatne causa effectum in communi, an verò in particulari seu singulari?* Posterius nos tenemus, similiq; in nupera disputatione inter paradoxa collocato illustrare possemus; si vellemus: Ne verò paradoxo, apparenti licet potius, quàm verè tali veritatem evincamus alia in promptu habemus. καὶ ἐν ἰσχυρισμῷ ita argumentari liceret: *Quod non est respectus realis realis etiam non requirit terminum. Sed effectū ut sic abstractū ab omnibus effectis particularibus non est reale Ergo.* Quod quomodo confirmari possit. legatur apud *Mendozam* disp. 8. Verùm si præcisiones objectivas esse faciamus, non poterit nobis scrupulum eximere hæc ratio. Hinc itaq; *Rod. de Arriaga* concedens effectum ut sic esse aliquam formalitatem, objectivam abstractam ab omnibus effectis in particulari h. m. ratiocinatur: *Eo ipso, ait, quod esset impossibile aliquod effectum in particulari, esset diversum illud effectum ut sic, ab eo quod modò est: Ergo etiam si causa respiceret effectum ut sic abstractum adhuc penderet essentialiter ab hoc effecto in particulari.* Nos clarius ita thesin probamus. *Quod non producit causa, hoc non respicit, jam verò nulla causa producit Effectum in communi, ergo*

ergo neq; illud respicit. Majoris consequentia in dubium vocari nequit: Minor verò ex inductione, quam quisvis facere potest, constat.

XIII.

Hic multa inferere possemus puta 1. utrum causa requirat existentiam ad causandum? 2. utrum definitio cause propria conveniat remotae? 3. utrum causa agat in distans, nisi operetur in medium? 4. An connectio causa cum passodebeat esse prior naturâ ante operationem? & aliam multa, quæ alij tempore reservamus.

Hactenus de definitione, & quæ ad illam monenda videbantur, superserest, ut ad divisionem accedamus. In qua ut breviores simus, institutum monet.

XIV.

Nil autem novi heic molimur, usitatam causarum divisionem retinemus, secundum quam aliæ dicuntur interne, aliæ externa: sive materia, forma, efficiens & finis.

XV.

Varia in hoc loco explicanda forent videlicet 1. an qualibet dictarum causarum proprie sub suo diviso contineatur? 2. an ea eorum divisum exhaustiant? 3. an inter se distinctæ sint? 4. an alia æquè immediata divisio excogitari queat? 5. an univoca sit vel analogica. 6. an sit infima &c. Verum, ut ad finem properemus, tria priora dubia paucissimis expediemus, reliquæ ad publicum discursum amandatæ.

XVI.

Ut verò de eadem fidelia plures dealbemus parietes, unico argumento illa simul includemus. Illa enim, quæ per se influunt in aliud, verè sub causa concluduntur: neq; tamen plures causæ nomen merebuntur, quam quæ hõc modò influunt. Quot igitur sunt modi per se influendi in aliud, tot etiam erunt cause. At illæ sunt quatuor Ergo, Majoris consequentiam in dubium vocare non licet, nisi prius nostram definitionem destruxeris, Minorem verò, ex axiomate Philosoph. Quo nihil à se ipso fieri affirmatur, suademus: sequitur enim hinc necessariò concedendam esse causam, à qua res producatur, & hæc est efficiens: sed cum ea non agat, nisi ab alio moveatur, & aliquid, à quo ipsa moveatur, esse oportet, vocatur finis. Quando autem efficiens in rebus corruptibilibus in certum sub-

B

jectum

jectum agit, materiam dari necessarium est, quæ quoniam informari debet, requiritur aliud: quod hoc ei muneris præstare queat, id verò nuncupatur forma.

## XVII.

Singulæ hæc subdivisiones admittunt: I. efficiens 1. in principalem & minus principalem; illa vicissim dispescitur in primam & secundam; hæc in impulsivam, tam *ωκονατορτικην* quàm *ωσθηστικην*, & Organicam sive instrumentalem; arbitrariam pariter ac necessariam 2. in universalem & particularem 3. in solitariam & sociam 4. in naturalem & voluntariam 5. in univocam & equivocam &c.

II. Finis distribuitur in ultimum & intermedium: & hic vel in certo genere est principalis, vel minus principalis, sub quo contineri ajunt media ad finem ducentia. 2. in eum qui vocatur finis cui, & qui cuius est. 3. in adequatum & inequatum 4. in Objectivum, qui & finis qui dicitur, & formalem, quem alij finem quò appellant. &c.

III. Materia 1. dividitur in remotam & proximam 2. in immanentem & transeuntem 3. secundum Peripatum in primam & secundam: sub materia de subjecto & adjuncto aliqui non incommode agunt.

IV. Forma, vel est generica vel specifica; eaq; vel totalis vel partialis 2. vel est substantialis vel accidentalis; illa vel est materialis, sive inseparabilis, vel immaterialis sive separabilis.

## XVIII.

Singulas has ulterius persequi instituti ratio non permitit, consulat, cui volupe est, Cl. Scheibl. 1. Metaph. c. 22. de causis.

## XIX.

Supereff ut unò verbò addamus causati descriptionem: quam ita formamus: Causatum est, quod à suis causis dependet. Cur verò in hoc explicando prolixi simus, nulla causa est, siquidem ex correlato suo vel primò intuitu intelligi potest: relatorum enim ea est natura, ac conditio, ut cognitò unò statim etiam cognoscatur alterum: Unde & quadruplex causatum statuitur, nimirum effectum, materialium, formatum, finitum, quatuor supra dictis causarum generibus respondens.

# Tantum.

## COROL.

# COROLLARIA.

## I.

Rectè *Clemens Alexandrinus* Philosophiam adserit non esse dicendam Stoicam, nec Platoniam, aut Epicuream, aut Aristotelicam; sed quæcunq; ab his sectis rectè dicta sunt, philosophiæ nomen sortiri.

## II.

Si universalis affirmans non est simpliciter convertenda, non videmus, quò jure *Complutenses, Conimbricenses & magna pars recentiorum* Metaphysicorum ex *Platonis* sententia solam efficientem causam esse colligant.

## III.

Non fit nobis verisimile *Aristoteli* causam & principium nonnunquam per omnia idem esse, utut maxima pars *Metaphys.* id doceat.

## IV.

Parum abest, quin *Aristoteli* ex suis ipsius verbis probatum demus, quod Deum esse non crediderit, quicquid etiam in *physicis* aut alibi doceat.

Μονὸ τῷ Θεῷ δόξα.



COROLLARIA

Ratio Cennae Alexandrinae Philosophorum  
adhibere bonis. Ut in libro de generatione et corruptione  
libro 2. capitulo 1. dicitur. Philosophorum  
cuius ad hunc modum. Quia philosophi  
non sunt.

II

2. Invenitur etiam in libro de generatione et corruptione  
libro 2. capitulo 1. dicitur. Philosophorum  
cuius ad hunc modum. Quia philosophi  
non sunt.

III

Non est in libro de generatione et corruptione  
libro 2. capitulo 1. dicitur. Philosophorum  
cuius ad hunc modum. Quia philosophi  
non sunt.

IV

Tantum dicitur in libro de generatione et corruptione  
libro 2. capitulo 1. dicitur. Philosophorum  
cuius ad hunc modum. Quia philosophi  
non sunt.

plus de eisdem

150





*in aliud. A qua non abluvit illa Rub. & principium per se influens in effectum* defectu

Generis vices sustinet vox principii gener. c. 7. eam strictius usurpare videatur re nobis possit; nihil tamen id nostræ sententia coherencia liquidum sit, sermonem ipsi & in communi; sed *ἐπιπέως de certū ac desu* nempe paulò antè dixerat, *αὶ δεχαι ἑοα λαι ἐστὶ*. Quapropter etiam d. Metaph. c. piis agit, multò latius vocis notionem exte communitè docent, principium esse id, *cedit*, sumtò verbò procedere non *strict* *cung, connexione*; ut patet ex particula quæ iectam censet Suarez d. 1.

*Ly influens esse non est explicandum p efficienti, aut formali causæ adscribitur, sed let verbo dandi seu communicandi essentia da erit principio, no privatio, quæ lib. 1. 7 causis annumeretur.*

Adjecimus in definitione phrasin *per accidens & sine quibus non* in causarum nuntiationis verba sunt *in aliud*, addita, ut esse à suâ causa: Quamquam enim Hurra ter considerari posse adferant: nimirum nihilò tamen secius, quia vocabula valent significationem, quæ ex communi usu retinemus.

X.

Hinc itaq; facillè patet, quod alii *p causa in actu formaliter & proximè in esse* eius differentiam ab influxu desumerimus nis seu causalitatis (ut cum DD. Scholasti nomen offeremus: ita tamen ut ad causa Quò etiam referimus, quod disquiri sole

the scale towards document

schola, eam

Aristot. s. de ge-  
puneris præsta-  
cum ex textu  
o non γενικώς  
piis, de quibus  
ὀνόματι μετὰ  
fesso de princi-  
inc Philosophi  
uovis modò pro-  
ne; sed pro qua-  
propterea ad-

qui specialite?  
enus æquipol-  
estRICTIO adden-  
pium saluatur?

mus causas per  
das. Ultima de-  
diversum quid  
ò aliud duplici-  
vel in supposito  
tustam τὴν alius  
ram indicat.

te, in quo nempe  
tur: cum enim  
iuriâ causatio-  
rè, loquamur)  
n explicetur.  
aminatio ab esse  
An

